



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

15. Fames sterilitate cur inducatur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

domari. Fames ergo virtutum est magistra, quamquam & ipsa magistris indigeat, ne sit occasio vitiorum.

XIV.
S. Augustin.
lib 10. Con-
fess. cap 31

Quod nemo accuratius obseruauit D. Augustino, qui DEVM ita alloquitur: *Est alia malitia diei, qua utinam sufficiat ei! Reficimur enim quotidianas ruinas corporis edendo & bibendo prorsus aescas & ventri destruas: cum occideris indigentiam meam, satietate misericordiae, & corruptibile hoc indueris incorruptione sempiterna. Nunc autem suavis est mihi necessitas, & aduersus istam suauitatem pugno, ne capiar, & quotidianum bellum gero in ieiunijs, sapiens in seruitutem reuolvens corpus meum, & dolores mei voluptate pelluntur. Nam fames & sitis, quidam dolores sunt. Urunt, & sicut febris necant, nisi alimentorum medicina succurrat. Qua quoniam praesto est ex consolatione munerum tuorum, in quibus nostra infirmitas terra & aqua & calum feruente, calamitates delicia vocantur. Hoc me docuisti ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem satietatis ex indigentia molestia transeo, in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscentiae. Ipse enim transitus voluptas est: & non est alius, qua transeat quam quod transire cogit necessitas. Et cum salus sit causa edendi & bibendi, adiungit se tamquam pedissequa, periculosa iucunditas, & plerumque praire conatur, ut eius causa fiat, quod salutis causa me facere vel dico, vel volo; nec idem modus utriusque est. Nam quod saluti satis est, delectationi parum est. & sepe incertum fit, utrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptuaria cupiditatis fallacia ministerium suppetat. Ad hoc incertum hilarescit infelix anima, & in eo preparat excusationis patrocinium, gaudens non apparere quod satis sit moderationi valetudinis, ut obtentu salutis obumbret negotium voluptatis. His tentationibus quotidie conor resistere, & inuoco dextram tuam ad salutem meam, & ad te refero aestus meos: quia consilium mihi de hac re nondum stat. Audio vocem iubentis Dei mei: Non grauentur corda vestra in crapula & ebrietate.*

XV.

Ne igitur grauentur, aut si hoc pacto grauata sunt, ut plestantur, DEVS exquisitissimo iudicio sterilitatem famemque procurat, scilicet, si clauso calo, pluuia non fluxerit propter peccata populi. Quod & olim, tempore Prophetarum, & postea saepius factum, legimus. Immo ut artes DEI in diuersa potentes sciamus, Anno Domini 819, non ob siccitatem, sed propter iuges pluuias, & aërem humore nimio resolutum, magna incommoda contigerunt. Nam & homi-

2. Paral. 6. 26.
In Annalibus
Francor. An.
819.

& hominum, & boum pestilentia, tam immaniter longè lateque grassata est, vt vix vlla pars totius regni Francorum ab hac peste immunis & intacta posset inueniri. Fumenta quoque & legumina imbrum assiduitate corrupta, vel colligi non poterant, vel collecta computrescebant. Vinum etiam, cuius paruus proventus eodem anno fuit, propter caloris inopiam, acerbum & insuaue fiebat. In quibusdam verò locis, ex inundatione fluminum, aquis in plano stagnantibus, autumnalis satio ita impedita est, vt peritus nil frugum, ante vernum tempus, seminaretur. Quoniam igitur aliqui nulla pietate possunt adigi, vt ieiunia sponte assumant ad gulæ appetitum refruendum, adiguntur necessitate, dum eis à Deo alimenta subducuntur.

Atque, vt videas minus in fame domni, minus liceri esse in saturitate, duos Sanctos audi. *Quid Paulo fames, ait Chryllostomus, quid frigus, aut nuditas, quid verbera, quid saxa nocuerunt? quid detrimenti in naufragijs? quid in profundo maris passus est? nonne permansit idem semper Paulus? Immo fames, & hæc omnia illum ad nuptias Agni & caelestes epulas promouerunt.* Beda cum Britonum famem vexationemque hostilem retulisset, hæc narrauit. *Cessante autem vastatione hostili, tantis frugum copijs insula, quantis nulla retro atas meminit, affluere coepit, cum quibus & luxuria crescere, & hanc continuo omnium lues scelerum comitari accelerauit: crudelitas precipue, & odium veritatis amorq; mendacj: ita vt si quis eorum mitior, & veritati aliquatenus propior videretur, in hunc quasi Britannia subuersorem, omnium odia telaq; sine respectu contorquerentur. Et non solum hæc seculares viri, sed etiam ipse grex Domini, eiusq; pastores egerunt, ebrietati, animositati, litigio, contemptioni, inuidia, ceterisq; huiusmodi facinoribus sua colla, abiecto leui iugo Christi, subdentes. Interea subito corrupta mentis homines acerba pestis corripuit, qua in breui tantam eius multitudinem strauit, vt ne sepeliendis quidem mortuis viui sufficerent: sed ne morte quidem suorum, nec timore mortis, hi qui supererant, à morte anima, qua peccando sternebantur, renocari poterant. Unde non multò post acrior gentem peccatricem ultio diri sceleris secuta est. Initum namq; est consilium, quid agendum, ubi querendum esset presidium, ad euitandas, vel repellendas tam feras, tamq; creberrimas gentium Aquilonarium irruptiones:*

F 3

placuitq;

XVI.

S Chryllostomus 5 Homil. quòd nemo leditur, nisi à se ipso.
V. Beda lib. 1. hist Anglor. cap. 14.